Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35504
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



aspernari tale sacrificium quando potius immolarent quod
oblatum in virginis vicem respicerent deinde ceruam su-
bito visam immolant Cunctique sedata tempestate
ingenti leticia ex aulide nauigarunt Naues que eorum
Anius rex et eius filie C quibus a bacho concessum
fuit ut quidquid ipsi tangerent conuerteretur in vinum
tritici et oleum Unde dicte sunt cenotrope que verte-
tes omnia in nouas species cibariis expleuerunt

Argumentum Secundi libri:

TELEPHVS MYSIORVM REX HERCVLIS
et auges filius prohibens grecorum adicientium deuenit ad
pugnam in qua Tessandrus polinicis et theutracius inter-
ficitur ipse quoque Telephus ab achille acriter vulne-
ratus duce eodem sanitati restituitur Item Sar-
pedon Laodomie et xanti filius iuxta troiam congressus
est cum grecis ubi Prothesilaus ~~thaele~~ tela Aenee per-
imitur Cinigus rex ab achille occiditur Palla-
medes Sminthio apollini sacrificat: P. philloc-
thetes morsu serpentis contingitur et sanatur
Palamides ysidys Diomedis et vlissis simulacione
tesauri morti traditur sepultusque funere publico
Achilles vastatis multis opidis troianorum Astimonen
Chrisei sacerdotis filiam et hyppodamnam Brisei filiam
abduxit Polimnestor priami filiorum grecis prodi-
dit Aiax tegmessam puellam auffert Diuiditur
preda capta oratio vlixis ad troianos Polidorus
interficitur pestis inuasit exercitum reditur Asti-
mone pri sedatur lues: eripit Agamenon hippo-
damenam achilli describitur Cathologus Iuuancium
troianos Achilles irascitur Dolon occiditur vulnerantur